

www.e-rara.ch

Phytographiae Sacrae Specialis Pars Prima

Geßner, Johannes

Turici, 1768-1773

Zentralbibliothek Zürich

Shelf Mark: NP 902,16,17,20

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-36147>

Pars altera.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

ΣΥΝ ΘΕΩ. 17
PHYTOGRAPHIÆ SACRÆ
SPECIALIS

Quæ
Plantarum, quarum in Sacris Literis mentio fit,
Enumerationem Methodicam exhibet,
PARS ALTERA,

Quam
AUXILIANTE DEO
PRÆSIDE

JOHANNE GESNERO,

Med. D. Phys. & Math. Prof.

ACADEM. IMPERIALIS NATURÆ CURIOSORUM
ET SOCIET. REGIAR. SCIENTIAR. BEROLINENSIS,
SUEVICÆ UPSAL. GOETTING. ARTIUM ANGLICÆ,
PHYSICO - BOTAN. FLORENTIN. ET PHYSICO-
MEDICÆ BASILIENSIS MEMBRO.

Pro consequendo Examine Philosophico

Defendent

HENRICUS STEINBRUCHELIUS.	JACOBUS MEYERUS.
HENRICUS LEEMANNUS.	BERNHARDUS MEYERUS.
HENRICUS STEINFELSIUS.	JOANNES SULZERUS, Vitod.

Ad diem . Februar.

H. L. Q. S.

TURICI,
EX OFFICINA GESSNERIANA,
Anno MDCCLXIX.

JOHANNES GESSNERO

1897. Feb. 11. 1897.

H. L. G. S.



PHYTOGRAPHIÆ SACRÆ SPECIALIS

Pars altera.

E Numerationem specialem & methodicam in præcedente Differtatione ad Classẽ Pentandriarum perductam, in hac continuatam fisto, indicatis ubique Classibus Naturalibus ad quas referri possint, & Auctoribus qui pleniorẽ earum historiam tradiderunt, additis passim annotationibus quibus hoc argumentum illustretur

IX.

Classis V. Pentandria maxime numerosa, & varias Classes naturales comprehendit, & sub his plures plantas in sacris Litteris designatas.

*Classis Vra
Pentandria
Plantæ luri-
dæ.*

Luridæ vel Solanaceæ Floribus sunt monopetalis, regularibus, quinquifidis; inferis ovarii bacca polysperma, in receptaculo calycis, plantæ plerumque veneni suspectæ.

ATROPA *Mandragora*, Flor. Or. 53. *Alraun*, Scheuchz. Tab. 88. 1. Lemn. Cap. 2.

27.

דודאִים *Dudaim*, Rubenis Genes. 30. 14 - 16. & Salomonis Cantic. 7. 14. Septuaginta Seniores in Interpretatione Græca habent

μυλα *Mandragorā*, & inde pleræque versiones male reddunt *Mandragora*, vel *Mandragoras*, nisi retineant vocem *Dudaim*, ut nostra Germanica. Sed proprietates *Dudaim* parum cum proprietatibus *Mandragoræ* conveniunt. Nec enim placent vel coloris vel odoris præstantia, nec tempus florendi respondet. Redeunt inter primos veris flores, poma mense majo maturant.

Odor floris, fructus, foliorum, radices ingratus, nauseosus, vis narcotica, stupefaciens & philtis adscribitur. De *Dudaim* v. *Jasminum* N. 6. 7. & mox sub Titulo *Rhamni* loti.

28. *Physalis Alkekengi*, Juden-*Kirschen*, a quibusdam pro *Dudaim* venditantur, teste Celsio I. 11. Decepti hi forsan nominis similitudine, nam Loti fructum, qui quodammodo *Cerasa* refert, Græci quidam αλικανναβον nominant, quò alias designare solent *Alkekengi* fructum *Cerasi* figura & colore, sed cibo vix convenit, nec odoris gratia præstat.

29. SOLANUM, *Sanctum*, Linn. Spec. II. *incanum* Flor. Pal. 4. 20. Phyt. V. 33. *Dornichter Nachtschatten*, *Haselq.* p. 552. *Rauvvolf.* p. 73. Flor. Or. n. 62.

ךדק Chedek. Proverb. 15. 19. Mich. 7. 4. Cels. II. 35. per Sentes, Spinam, *Dornhefe*, *Dorn*, vulgo reddunt. Huic comparatur à Salomone via pigrii & apud Micheam Vir improbus. Alii per *Acanthum*, *Carduum*, *Tribulum*, *Paliurum*, *Lycium*, vel alias spinosas plantas interpretantur. Optime vero convenit *Chedek* Arabum, quod est *Solanum* frutescens, spinis horrens, cujus frequentissima sunt in Phoenicia Spineta, iter facientibus molesta, quorum spinæ gravissime lædunt, ut in Arabia Petraea, teste *Abulfadli* Scriptore Arabico medico, Spinæ Scorpionis nomen obtinuerint, inde magna verosimilitudine concludit Cel. Celsius loca 1. Reg. 12. 21. 2. Paral. 10. 11. Ez. 2. 6. per עקרבים *Gnakrabbim*, *Abtrakim* non tam Scorpiones, quam has spinas designari.

Plantæ dumosa.

Alii Spinam *Chedek* ad Plantas dumosas referunt, & cum *Hieronymo* pro *Paliuro* habent, cui *Rauvvolfius* in Horto Sicco consensit: *Hillero* est *Prunus* spinosa. I. 485.

Rhamm-

Rhamnus *Paliurus* Flor. Or. 58. der Christdorn, Phyt. V. 33. Scheuchz. Tab. 379. F. Urfin. Arbor. 340. incerta vero conjectura Hieronymi qui idem Chedek in Proverb. 15. pro Spina, & Paliurum pro Choach. Esaj. 43. 13. proponit.

30.

Est potius חרור Charul Job. 30:7. Prov. 24: 31. Zephon. 2.9. Cels. II. 163. nostra versio latina per Vepretum & Urticas, in margine per Paliurum, germanica per Nessel reddit, alii per Prunum spinosam, Carduos, Lappas, Chamaleonem, Carlinam, Eryngium. Planta in agro pigri, incultis locis, in desolata Moabitarum & Ammonitarum terra nascens, sub qua vilissimorum hominum recessus describitur in sacris, quæ omnia in Paliurum congruunt, quæ vulgo Spina Judaica dicitur. Frutex aculeis geminatis, altero inferiore reflexo, latissime se per solum dispergens, arvis maxime noxia. Vireta & arva Tripolitana, & Veronensia hac arbore, vel frutice muniunt, Testibus, Bellonio, Rauvvolsio, Seguerio. Fructus siccus clypeiformis, nucleo osseo triloculari in medio foetus: Eadem habetur pro Spina, ex qua Corona Spinea SALVATORIS sit constructa, quod inter vulgatissimas sit Palæstinæ Spinas. Potius videtur ex sequenti planta constructa.

Rhamnus *Spina Christi* Linn. Spec. 20. Fl. Pal. 128. Phyt. V. 33. Nabca Paliurus P. Alp. Ægypt. Tab. 19. der eigentliche Christdorn, Spina Christi, Hasselq. 560. qui de hac arbore seqq. tradit. Frequentissime in Oriente inveniri; hanc porrexisse ramos, ex quibus corona illa aculeata, Salvatori mundi imposita, contorta fuit, verosimilimum est. Apta erat planta huic negotio, aculeis enim acuminatissimis, parvis, frequentibus, ad dolorem incutiendum comoda, ex ramis flexilibus teretibus molliusculis facile corona contorquebatur.

31.

Aliis alia Spinarum genera magis placent, quæ servierint adcontextendam coronam, ἡ στέφανος ἐκ δένδρων Matth. 27:29. Marc. 15: 17. Johan. 19:2. Prunus spinosa, der Schwarzdorn, familiaris in Judæa & ἀκανθὴ veteribus significanter dicta: Aliis Rosa Campestris, aliis Cratægus Oxycantha oder Weißdorn: aliis Genista Spinosa, Rauvvolsio & Bellonio Lycium Afrum. Flor. Or. 59. quod Haufegi

32.

Arabum ex quo Corona Christi Spinea. Itin. p. 381. Copiose crescens circa Tripolim, Halepum & Hierosolymam, *Hasselq.* p. 555. In horto sicco hunc fruticem pro Cynosbato *Judic.* 9. v. 14, 15. & Spina Cynosbati *Psal.* 58. 10. habet. Iconem exhibet Scheuchz. T. 703.

32.

RHAMNUS *Lotus* L. der Lothus-Baum, Phyt. I. 18. wilde Brust-Beeren, *Zizyphus Sylvestris*, Tonr. *Shavv.* Itiner n. 632. cum Icone T. I. pag. 292.

דודאִים *Dudaim* Genes. 30: 14-16. Salom. Cant. 7. 14. Planta inprimis in deliciis habita. Dederunt *Dudaim* odorem, Ruben puer septennis tempore mellis triticeæ invenit in agro & ad Leam matrem attulit. Rachel *Dudeos* summopere expetiit. Cum vite & Punica floret. Non ignoti fructus erant in Palæstina. Persica versio per *Destemhuie* vertit, planta maximi apud Persas pretii, quæ est Cucumis *Dudaim*, Lin. n. 9. Fl. Palæst. 551. DILLEN. Elth. T. 177. f. 218. Melo Persicus minimus odoratissimus vix ovo anatino major, glaber ex obscuro viridi & aurantiaco colore variegatus, odore vehementi, gravi, carne intense flava, gustui grata. *Raj.* Hist. Planr. III. p. 333. Rabbini *Dudaim* est fructus arboris *Majisch*, juxta *Abulfsadli* est *Majisch* nomen Arabicum & dicitur Græcis *Lotus*, in his celeberrima est *Cyrenaica* in Africa & Asia nomine *Sidra* vel *Seedra* notissima & decantatissima. De his plurima *Salmasius* Exerc. p. 730. & *Celsius* I. 21. collegerunt: ex *Golio* adducit, nomen esse Arboris in Paradiso, & inter miracula Muhamedii referri, pervenisse eum ad arborem *Sedram*, ultra quam nemini transire liceat: esse autem arborem pulcherimam rerum, quas Deus creaverit. Ex *Serapione* addit offerri hujus fructus Regibus, dulciores esse omnibus aliis & melioris odoris: qui aromatizent os comedentis & indumenta, sicut alia aromata. Est *Zizyphi* vel potius *Rhamni* species carne dulci, ficibus & dactylis accedente, odore etiam suaviore. Inde *lotophagi* dicti apud Theoph. Hist. Plant. L. IV. cap. 4. & *Plin.* Lib. XIII. 7. In Africa etiam nunc frequens, & fructus ibi inter desideratissimos habentur. *Shavv.* Itin. I. 292. In Judæa & Syria sponte nascitur, bis in Anno floret, fructus suavissimi, pulcherimi croceo-rubentes, suave-olentes. Itaque facile cum

cum Cel. CELSIO adducimur Rhamnum lotum esse Dudaim, a Rachele tantopere desideratam. Excludimus itaque *Mandragoram*, *Jasminos*, *Violas*, *Lilia*, *Hyacinthos*, *Saturejam* (mastichinam), sive Sampfuchum, *Physalin* alkekengi, *Atropam* Belladonnæ, *Orchidem*, *Rubum*, *Cerâsa* Hilleri I. 268. *Cucumeres*, *Musam* Paradisiacam, aut florum odoratorum fasciculos, quos passim pro Dudaim Auctores varii venditant.

LYCIUM foliis ovalibus. Fl. Or. 60. Phyt. V. 32. Lycium 33-35
Dioscoridis verum. Hebraice *Hadbad*, incolis *Zarâ* Rauvvolf. pag. 460. Cels. II. 38. ex M. Libano, *der weisse Kreuz-Dorn*.

Lycium Afrum, Fl. Palæstinæ 125. Flor. Or. 59.

Lycium Europæum, Flor. Palæstinæ.

ῬῶΝ *Athad*, Genes. 50. 10. Judic. 9. 14. 15. Psalm 58. 10. Versio latina Turicensis habet *Atad*, *Dumum*, & in nota marginali *Cornum* vel *Rhamnum*. In Germanica *Dornbusch*, *Dornstrauch*, alii *Spinam*, *Prunum spinosam*, *Myrtum*, *Ruscum*, *Rosam* campestem, *Cynobaton*, Septuaginta *Rhamnum*, & Arabes *Rhamnum* *Atad* vocant, cujus Synonymon *Auseg*, *Lycium Afrum*, foliis linearibus. *Rauvvolf*. p. 160. Planta in hortis Europæis hodie frequens, spinæ ramorum rectæ, validæ, acutæ, multis ramis rectis, ad 6 Pedum altitudinem ascendit. Radicibus late serpit, virgultis multiplicibus arbores & sata implicat. In Ægypto & circa Hierosolymas copiosissime ad sepes & circa hortos invenitur. *Hasseltg.* 549. Monachi ex hac Coronam Christi factam esse asserunt. Certe in hanc plantam ea, quæ de *ανανδοις* in Evangeliiis & de *Athad* in V. T. dicuntur pulchre conveniunt. Spina in suo genere nobilissima, & floribus monopetalis infundibuli formibus, coloratis, & baccis numerosis & foliorum virore, & ramorum spinosorum copia, quæ Regina arborum expeteretur. Arca Rhamni Genes. 50. 10. 11. locus erat trans Jordanem, in quo Israëlita planxerunt Jacobum. De Campo Rhamnorum in Arabia felice, qui camiterium fuerit, locum adducit Celsius ex Geographo Arabe,

COFFEA *Arabica*, Flor. Oriental. 49. Phytogr. Sacr. I. 17.
VII. 30. Caffee.

קלי, קל, *Kali*, tostum, torrefactum. Sunt qui antiquitatem potus Caffee ex muneribus, quæ Abigail Davidi dedit, 1. Sam. 25. 18. eruere nituntur. (a.) Erant inter illa quinque sata *Kali* tosti farris, gedörret Korn, secundum versiones Turicenses, polentæ juxta versionem vulgatam. Etiam David, jubente Patre, Fratribus in castris degentibus decem panes & modium *Kali*, tosti frumenti attulit, 1. Sam. 17. 17. Et Ammonitæ Davidi fugitivo & Comitibus ejus, frumentum & hordeum, & *Kali* (Spicas tostas, tostum, polentam, Sengel Korn) & fabas & Lentas & *Kali* (far, tostum, gedörret Korn, polentam) attulerunt, 2. Sam. 17. 28. Israëlita in Castris Gilgal Campi Hierichuntini, postriedie Paschæ die, de illius terræ frugibus comederunt, panes Azymos, & *Kali* (tostas fruges, versengte Uebren, vulgata polentam). Jos. 5. 11. & Moses Levitis ex divino mandato significavit, ne comederent panem & *Kali* (molam, vel far tostum) spicas tostas (frische Uebren) donec DEO libaverint Levit. 23. 14. Et Boas Ruthæ Messorum lateri adsidenti *Kali* (far tostum, Sengel Korn) porrexit, & comedit ad saturitatem Ruth. 2. 13. 14. sed omnia hæc sacri Codicis loca, per *Kali* generatim tostum aliquod vel ustulatum, idemque esculentum indicare potius videntur, quam fructus minime esculentos Coffee Arabicæ. Cum hi nonnisi tosti & in pulverem comminuti, cum aqua decocti potum saltem suppeditent, gratissimum quidem illum & usitatissimum Gentium Orientalium, qui & postquam circa medium superioris Seculi in Europa innotescere cœpit, hodie fere ubique per Orbem apud moratiores Gentes inter quotidianas & usu receptissimas potulentas delicias haberi solet. Hoc enim tostorum Coffee fructuum decoctum oleo ustulato, subacri gustui gratum, solida stimulat, & halitu subempyreumatico inordinatos liquidi nervei motus sopit, alimenti simul atque Medicamenti vices præstans. Neque hac laude indigna sunt, quæ hodie a quo-

(a.) PASCHII Inventa Nov - Antiqua. Lips. 1700. 4to. 447.
CELSII Hierobotanic. II. 214.

nonnullis in Coffeæ vicem substitui solent Decocta seminum quorundam Leguminum, Cerealium, inpr. Secales (b.) & Radicum Cichorii (c.) Endiviæ & Intybi : Fabas tostas sub finem Seculi præcedentis commendavit Cl. Benj. SCHARFIUS (d.), Secalis autem Semina Botanicorum sui temporis princeps J. Jac. DILLENIUS (e), Ao. 1715. En Experimenta a secum variis cerealibus instituta. Tentavimus varia, & experimenta multa fecimus an non ex inquilino tostum parari possit, ei, quod ex Arabicis *Cahve* Arboris Seminibus fit, si non idem, simile tamen. *Pisa* huic usui penitus inepta comperimus. *Phaseoli* ponderosum & egregii coloris pulverem dabant, sed penitus adversum & nauseabundi Saporis non minus quam odoris. Inter frumentum *Hordeum* quid adversi spirabat. *Avenam* ob maciem & paleositatem mox abjecimus. *Triticum* minus bene se torrerī patiebatur, nec sapor placebat. *Secale* vero expectationi nostræ plene planeque respondebat. Consecimus inde intermixta ad oleositatem conciliandam quantum sufficiebat Amygdalarum & animadversis, quæ in omni *Cahve* coctione requiruntur, circumstantiis, justoque tostionis puncto hoc *Cahve* Europæum tenuiter pulverisatum & rite percoctum (eget enim longiori præ vulgari coctione, & ad minimum quinquies vel sexies in spumam attolli debet) potum præbuit exoticis plane similem, imo eundem prorsus tum sapore, tum odore. Hoc nostrum *Cahve* sapius hujus rei gnaris, juxta & ignaris apposui, nec ii differentiam aliquam animadvertere potuerunt. Tandem *Fabas* quoque experti sumus, sed potus earum, licet Saporis odorisque judicio Arabicum simularet, Ventriculum gravabat, cui tamen malo & Cephalalgia inde ortæ tam Arabicum, tam nostrum Secalium subvenit. Hactenus laudatus DILLENIUS.

B

Coe.

(b.) Nachricht, wie der warme Roggen-Trank, anstatt Caffee gebraucht werden kan. Frankf. 1788. 8vo.

(c.) Leipziger Sammlungen. Tom. XII. p. 81.

(d.) Benjamin SCHARF Ephem. Nat. Cur. Decur. III. An. 5. 1700. p. 175.

(e.) J. J. DILLENIUS Ephem. Nat. Cur. Centur. III. Novemb. 1715. p. 145.

Caterum nec affinitas nominis hic obtinet inter *Kali* & *Cafseam*, quæ in loco natali, Arabia felice *Bun* vel *Ban*, *Buna* dicitur, & ex mente RAUWOLFII (f.), idem est cum fructu *Buncho* AVICENNÆ vel *Bunca* RHASIS Medicorum Arabum Seculi X. Plura vero de *Coffea* cognoscere desideranti, inter plurimos de hoc argumento Scriptores, plenissime satisfaciet Ill. v. LINNÆ in Dissertatione de potu *Coffeæ* (g).

Itaque cum vox *Kali*, quæ in Sacris Literis legitur, generatim tostum, frictum aut torrefactum quoddam esculentum significet, nec ejus species addita sit, ita ut ad varii generis esculentos fructus, qui ustulationem admittunt, referri possit, Interpretes variis in locis varium significatum ei tribuerunt. In 2. *Samaelis* libro cap. 17. v. 28. bis occurrit, & Versio Turicensis in priori loco per *Spicas* tostas, *Sengel Korn*, in posteriori per *far* tostum, *gedörkt Korn* reddit: versio vulgata ubique per *polentam*. *Far* apud Veteres de omnibus frugibus dicebatur, quarum usus est in conficiendo pane, Hordeum fuerint, Triticum, Secale, aut Legumina farinacea. *Polenta* a poliendo dicta non modo ad frumenti purificationem, sed comminutionem quoque pertinet. Secundum PLINIIUM H. Nat. Lib. XVIII. cap. 7. s. 14. fit pluribus modis. Græci perfusum aqua Hordeum siccant nocte una, ac postera die fringunt, deinde molis frangunt: Sunt, qui vehementius tostum rursus aqua aspergunt, & siccant, priusquam molant. Italia sine perfusione tostum in subtilem farinam molit. Eam etiam frumenti torrendi rationem apud Turicenses Seculo XIV. obtinuisse, ex iis constat, quæ in Legum codice, *Nichtbrief* (h.), quem in Dissertatione de Annona conservanda pag. 32. excitavimus, leguntur. Erit ergo *Kali* omne genus frugum tostarum, vel & *Spicæ* maturæ in furno exsiccatae, ex quibus farina & polenta parari possint; nec dubitemus cum Eruditissimo Samuele BOCHARTO (i.) non minus

huc

(f.) Reise in die Morgen-Länder. p. 103.

(g.) Amœnit. Acad. Vol. VI. Holm. 1763. pag. 160.

(h.) Helvetische Bibliothec. 2tes Stük. Zürich 1734. 8. p. 78.

(i.) Hierozoic. Part. II. Lugd. Bat. 1692. fol. p. 44.

huc referre Legumina tosta, quam Cerealia vel frumenta; Speciatim CICER *arietinum*, plantam foliolis serratis, cujus semen subrotundum lateribus nodofo-gibbis, apice inflexo curvum, caput Arietis quodammodo referens, inter usitatissima Arabum Semina nomine *Garvancos* hodie notum. Consentit cum BOCHARTO Rever. D. SHAW (k.) in Itinerario: *Les GARVANCOS on estime particulièrement lorsqu'ils sont rotis & tout le Monde en fait ses delices. C'est pourquoi il y a dans toutes les rües des Villes d'Orient des Fours, ou de tourtieres de cuivre pour les rotir, & alors les Garvancas changent le nom & s'appellent LEB-LEBBY. PLAUTE & ARISTOPHANE en parlent, & il y a assés apparence que le LEB-LEBBY d'aujourd'hui est le KALI ou le grain rotti de Sainte Ecriture.*

Kali Vocabulum Orientis oræ & Ægypto, ut & Scholis medicis notum, tostum & ustulatum significans, vulgo tum ad plantas, quæ combustæ plurimum acris salis suppeditant, tum ad ipsum ex harum plantarum cineribus paratum Sal, quod *Alkali* vel lixiviosum Gallis *Soude*, hinc LOBELIO *Soda* dicitur, refertur. Est hoc Sal idem cum Nitro veterum, quod est נתר Neter in Sacris Literis, abstergerendi & depurgandi facultate insigne; quod cum oleosis mixtum in Saponem & Smegma ברית Borith abit. Hoc Nitrum (*Neter*, Salpetræ, *Salpeter*) veterum, non vero modernorum superfusum aceto Proverb. 25: 20. comparatur cum Musica in luctu: ut enim ex alcalino Sale five Nitro commixto cum acido Aceto magna exoritur effervescentia, ita Musica lugentibus in tempestiva, qua commotiones animi potius augentur, quam sopiuntur. Apud Jerem. 2: 22. DEUS genti Israëliticæ nuntiarî jubet, frustra vitæ sordes, & animæ labem Nitro aut plurimo Borith (Smegmate) eluturam esse: Et Malach. cap. 3: 2. dum vaticinatur, foederis Angelum Messiam Levitas purgaturum esse, ait: eum fore instar ignis Docimastæ, & ut Borith Fullonum; nostra Versio Germanica per Saponem *Seiffen* reddit, aliæ per Smegma, lomentum ex Sapone confectum, aliæ per Lanariam herbam aut

37.
Kali herba-
ceum & Sa-
linum, quod
Neter & *Borith*,

Struthium, quod est SAPONARIA officinalis vel GYPSOPHILÆ quædam Species, quæ subinde in locum Saponis adhibentur, ut hodie a nonnullis nuclei fructuum, ESCULI Hippocastani. (Phyt. Sacr. II. p. 15.). Est etiam Nitrum vel Borith nativum, fossile vel ab aquis Mineralibus suppeditatum. Horum salium proprietates quædam sunt communes, quædam propriæ, sordæ sive Sali alcalino herbarum Salsarum maritimarum Kali nomine ut plurimum venientium, tum & Sali Alkali nativo vel minerali, aliæ & diversæ aliis alcalinorum Salium generibus. Ipse etiam horum Salium ortus & præparatio multum inter se discrepant. Alcalinorum Salium dotes communes sunt, excitare in Lingua Saporem acrem, efferlescere cum acidis, excutere in acidis soluta, Syrupum violaceum viridi colore imbuere, misceri cum oleosis in Saponem, abstergere, & cum silicibus in intensiori igne confluere in vitrum.

38.
Kali vegetabile ex plantis plurimisque oleaceis.

Apud Botanicos per Kali herbaceum variæ designantur plantarum Salsarum maritimarum Species, plerumque ex Classe naturali OLERACEARUM petitiæ. Constant floribus apetalis conglomeratis ad alas foliorum vel in Spicas congestis, tot Staminum, quot sunt calycis Segmenta, Semine nudo Solitario in calyce persistente.

In his speciatim sunt.

SALICORNIA, herbacea, fruticosa, Arabica.

SALSOLA Kali, tragus, rosacea, prostrata, vermicularis, Soda, sativa, altissima, salsa, hirsuta, polyclonos, prostrata, vermicularis, fruticosa, muricata.

ANABASIS Tamariscoides, aphylla, foliosa.

CHENOPODIUM maritimum.

ATRIplex Halimus, Portulacoides, glauca, laciniata, littoralis.

His adde ex Calamariis TRIGLOCHIN maritimum.

Ex Succulentis MESEMBRYANTHEMUM nodiflorum & Copticum.

Ex Algis huc referatur ZOSTERA marina, Oceanica,

Et FUCORUM Species plurimæ.

Ex FILICIBUS variz, speciatim PTERIS *aquilina* vel *Filix femina officinarum*, cujus cineres vitro conficiendo inprimis idonei, & ab Anglis ad globulos lixiviales parandos adhibentur, teste RAJO in Synopsi stirpium Britannicarum p. 124. Edit. III. Lond. 1724. 8vo.

Paratur autem Soda vel promiscue ex enumeratarum plantarum cineribus, vel variis in locis & Regionibus selectus earum habetur. Juxta RAUWOLEIUM in Syria conficitur ex herba *Schinan*, cujus Species est SALSOLA *Kali*, cujus Iconem imperfectam exhibet parte IV. tab. I. altera est SALICORNIA *Arabica* Tab. 2. vel ANABASIS *aphylla*, Gronov. Flor. Or. n. 73. Maxima horum cinerum quantitas per Naves onerarias ex Oriente Venetias, ad conficienda vitra & Saponem transfertur.

Ægyptii teste P. ALPINO (l.) eam conficiunt ex *Kalli* vel *Kelli* cujus Species I. est ipsa SALICORNIA *Arabica* Tab. 45. altera ejusdem auctoris Species Kali est MESEMBRYANTHEMUM *modiflorum* Tab. 46. III. Species MESEMBRYANTHEMUM *Copticum* Tab. 47. male pictum, ut Pŷllium referat.

In Sibiria & Astracan conficitur ex CHENOPODIO maritimo, quod *Kakalbum* minus semine splendente. C. B.

In Hispania apud Alonenses, docente celeberr. ANT. de JUSSIEU paratur ex SALSOLA *fativa*, quæ est Kali *Hispanicum supinum annuum Sedi foliis brevibus*. Mem. de l'Acad. 1717. pag. 78. pl. 2. Inde habetur laudatissima Soda *Alonensis*, *Barilia*, Kali d' *Alicante* & inde paratus Sapo.

Cherburgenses in Normandia ex variis FUCORUM Speciebus impuriorem Sodæ Speciem conficiunt, *Soude Vareche* dictam, designat enim vox gallica *Vareche*, Fucum. Huic Sodæ similis est, quam Angli de Fuco marino & Alga aggestis & incensis parant, materiam inter urendum rastris ferreis agitantes, *Kelp* vocant & ad conficienda vitra adhibent (m.)

B 3

Para-

(l.) De Plantis Ægypt. Venet. 1592. 4to. cap. 42. & Hist. Natur. Ægypti, Tom. II. Lugd. Bat. 1735. 4to.

(m.) RAI Catal. plantar. circa Cantabrig. p. 54.

Paratur autem Kali vegetabile in hunc modum (n.) Herba Siccatæ in foveis, in terra factis & tectis, ut modo ærem, qui a-lendo igni sufficit, admittant, comburuntur in cinerem. Hic cinis, hæc *lix* acris est, quasi igne reverberii exusta, & terreas Salinasque partes instar lapidis unitas exhibet, ut malleis confringi, atque ex foveis eximi debeat. Cocti in aqua cineres, dant lixivium acre, relicta in fundo parte cineritia, terrea, quæ insulsa in aqua solvi negat, aut igne comburi, insulsa. Lixivium in lebe-ferreo inspissatum & exsiccatum penitus, massam relinquit albam solidam in aqua prorsus solubilem, Saporis acris, vocatur *Soda*, *Alumen Catinum*. Ex Ægypto, Tripoli, Hispania, Anglia adfertur. Cum arena paratur in *Frittam* vel Fel vitri, pro parando vitro, per ustionem repetitam etiam acrius redditur, tum etiam per admixtam calcem (o.)

39.
Sal Alkali fi-
xum s. lixivi-
osum ex com-
bustis lignis,
Tartaro.

Sed alcalini Sales fixi ex omnibus fere Vegetabilibus exustis produci possunt, si excipias plantas *Siliquosas tetrapetalas* vel *Nasturcinas*, ut *Lepidium*, *Sinapin*, *Brassicam*, aliasque, quæ facile quidem putrescunt, & destillatæ salem alcalinum, sed volatilem exhibent, exustæ vero, vel & exsiccatae vix ullum Sal fixum in cineribus residuum exhibent, cum earum vis in Spiritu rectore, vel attenuato oleo consistat, quod per calorem dissipatur. Sed multò pars maxima aliorum Vegetabilium cineres salios exhibet. Imo hæc lixiviosorum Salium ex combustis lignis parandi ratio, ab omni fere ævo Antiquis cognita fuit. Ejus meminerunt ARISTOTELES (p.), VARRO, PLINIUS, & producta Salia inter nitrosa retulerunt. Apud PLINIUM L. XIV. c. 26. legimus, fecem Vini coctam vim Nitri habere, cremati (QUERCUS) roboris cinerem esse nitrosum. Hodie vero inter lixiviosos Sales usitatissimi sunt, qui ex cineribus lignorum, omnis generis Pini, Abietis, Quercus, Fagi, Aceris aliorum in hunc potissimum finem in magnos acer-

(n.) LEMERY Traité Univers. des Drogues à Paris, 1723, p. 444.

(o.) BOERHAAVE Element. Chemicæ. T. I. p. 764.

(p.) Conf. BOERHAAVE loc. cit.

acervos congestorum, vel in usus alios, & culinares plerumque in foco combustorum parantur. *Cinere clavellati* apud Chymicos vocantur, quod de lignis fiant in clavos sectis, & exustis; Germanice, *Bot. Asche*, Gallice *Potas*, quasi cineres ollarii, quia ex cinerum lixivio in ollis conficiantur. Horum magna copia in magnis doliis per naves onerarias ex Russia, Polonia, & variis America locis adfertur, & frequentissime ad varios usus Chemicos & oeconomicos adhibentur in parandis vitris, Saponibus, lixiviis, lomentis. Hi cineres vix unquam purum Sal alcalinum fixum, exhibent, sed plerumque cum Sale communi aut Tartaro vitriolato mixtum. Quod ipsum docet, hæc Salia, vel eorum principia vegetabilibus inhærere, aut per præparationem horum cinerum accessisse. De Salis marini in variis plantis, Cochlearia, Hyssopo, Salvia, Centaury minore præsentia constat ex observationibus Cel. CRANZII (q) & accuratissimi Chemici MEYERI (r.). Et Americanos ad lixivium suorum cinerum aquam marinam adhibere, copioso Sale muriatico prægnantem Doctissimo D. W. LEWIS (s.) admodum verosimile videtur, in egregio tractatu, quo examen cinerum clavellatorum Americanorum a se ad nutum Illustriss. Societatis Artium Anglicæ institutum describit.

Cinere clavellati potassische.

Iidem Sales alcalini fixi quoque præparantur de Vini fecibus exustis & de Tartaro: Sal Tartari, qui alcalinorum fixorum princeps, Tartari puri calcinatione obtinetur. In aëre deliquescit in oleum sic dictum *Tartari per deliquium*. Inesse vero ipsi Tartaro, qui est Sal Vini essentielle, verum Sal alcali cum acido intime mixtum, nec accessione ignis modo nasci, satis evidenter docet Experientissimus MARGGRAFIUS, dum Salem alcalinum fixum de Tartaro, per sola acida, absque ignis opera elicere docet (t.). Ex ejus enim observatione, Tartari lixivium cum Creta saturatum addito acido Ni-

tri

(q.) Mater. Med. Tom. III. p. 82. Vienn. 1765. 8vo.

(r.) Chymische Versuch von Kalch, Hanover, 1764. 8vo. p. 133.

(s.) Experiments and Observations on American Potashes, by W. LEWIS. Lond. 1767. 8vo.

tri verum dat Nitrum, quod ex Nitri Spiritu & Alkali fixo constat. Inde etiam Alkali purum & separatum obtinetur, si per detonationem acidum dissipatur, plane eodem modo quo paratur Nitrum fixum sive alcalicum dum exurit cum carbonibus, & cum fragore & fumo Spiritus acidus secedit.

40.
Alkali Reg-
ni Mineralis,
Fossilium &
Aquarum.

Sales Alcalinos fixos, nitrosos Veterum & *Baurac* Arabum non modo Vegetabilia suppeditant, sed eos etiam fossiles habemus puros vel cum terris aut heterogeneis commixtos, vel in aquis mineralibus solutos, vel in Salia media cum acidis concretos.

Alkali nativum
fossile.

Alkali nativum vel Terræ inhæret, vel in ejus superficie efflorescit. Sub Nitri titulo ejus Historiam tradit PLINIUS (u.).
 „ Exiguum fit apud Medos --- canescentibus siccitate convallibus ---
 „ minus etiam in Thracia, sordidum terra — Quercu cremata
 „ nunquam multum factum est. Aquæ vero nitrosæ pluribus
 „ locis inveniuntur. Optimum copiosiusque in Litis Macedo-
 „ niz — candidum purumque proximum Sali. Lacus est nitro-
 „ sus, ibi fit nitrum circa ortum Canis 9 diebus, totidemque ces-
 „ sat & rursus nâtat & deinde cessat. Quo apparet soli natu-
 „ ram esse, quæ gignat. Et hoc quidem nascitur. In Ægypto
 „ vero conficitur -- pæne eodem modo, quo Sal, nisi quod Salinis
 „ mare (aquam marinam) infundunt; Nitrum autem nitrariis,
 „ Hæ cedente Nilo madent succo Nitri 40. diebus continuis. Et
 „ Lib. XXXVI. Sect. 56. 66. Fama est, appulsa nave mercatorum
 „ nitri, cum sparsi per litus epulas pararent, nec esset cortinis
 „ attollendis lapidum occasio, glebas nitri é nave subduxisse. Qui-
 „ bus accensis permixta arena litoris, translucens novi liquoris
 „ fluxisse rivos, & hanc fuisse originem Vitri. Hæc PLINIUS.
 „ Ex quibus colligitur, & nitrum Veterum convenire cum Sale al-
 „ cali fixo, & paratum fuisse ex cineribus plantarum, vel ex nitrosis
 „ terris elotum, vel inspissatis aquis collectum. Illustr. v. LINNE (vv.)
 hoc

(u) M. Sigm. Marggrafs Chym. Schriften. II. Theil. Berlin, 1767.
8vo. p. 49.

(w) Histor. Natur. Lib. XXXI. cap. 10. Sect. 46.

hoc alcali nativum & Sal amarum purgans sub eodem genere *Natri* comprehendit. Experientissimus Mineralogus CRONSTEDT (x.) in tractatu anonymo pro Natro vel Baurac Veterum proponit, & pro *alcalina parte Salis marini soluti* & *acido destituti* habet. In utraque India copiose inveniri ait, satisque purum, & in campis efflorescens colligi, atque eximiam commercii partem constituere, cum ejus usus frequentissimus sit in parando Sapone & Vitro. In Regno Coromandel prope urbem Tegnopatnam non procul a Mari in terra arenosa hujusmodi alcali naturale quotidie, copiose ab Indis colligi scribit J. O. HELBIGIUS (y). Et terra quam pro Boracis minera D. Knoll ex Tranquebar Halam Saxonum misit, speciem arenæ lixivio imbutæ præ se ferens in accurato examine per Cel. POTT (z.) instituto, verum Sal alcali fixum cum Sale culinari mixtum exhibuit. Sed missa è Palæstina a Clar. HASSELQUIST nomine Minerae Natri Terra Salina, merum sal muriaticum reddidit; & sal pyramidale Ægyptiacum a BOCCONE (a.) pag. 307 delineatum Crystallus salis muriatici fontani refert. De Sale Persico sal alcali Boracis & minerale suppetitante legi merentur accuratissimæ observationes Clariss. MO-DELL (b.). Hæc Salia sunt nativa illa alcalia fixa, vel terræ inhaerentia, vel efflorescentia subinde pruinæ instar ex muris calce extru-ctis & fornicibus Subterraneis, specie pulverulenta, Saporis obtusioris; vel Striata, Saporis acutioris: illud *Aphronitrum*, hoc *Halinatrum* vocat Clar. CARTHEUSER (c.)

C

Alcali

-
- (x.) Versuch einer neuen Mineralogie. Kopenhagen, 1760. 8vo. pag. 136.
 - (y.) Eph. Nat. Cur. Dec. I. An. 9. p. 460.
 - (z.) Observ. & Animad. Chym. circa Zincum & Boracem Coll. II. Berolin. 1741. p. 59.
 - (a.) Recherches & Observ. Naturel. de Mr. Boccon. à Amsterd. 1674. 8vo.
 - (b.) De Borace nativa. Londin. & Hall. M. 1749. Hamburgisches Magazin. T. XIV. p. 473.
 - (c.) Elem. Mineralog. Francof. ad V. 1755. 8vo. p. 32.

41.
Alcali nativum
aquarum
mineralium.

Alcali minerale nativum in aquis mineralibus quidem rarè purum, sed plerumque cum Terris alcalicis & aliis Salibus in eadem aqua solutis mixtum invenitur. Inter aquas homogeneas alcalinas frigidas sunt *Bilineses* Bohemiæ; inter calidas *Emfenses* Wetteraviæ: inter heterogeneas Sal alcali permixtum habent cum terra alcalina Aquæ *Selteranæ* Trevirenses, in libra medica 20 grana Salis, 16 terræ exhibentes; idem Alcali minerale cum acido volatili, cum Sale communi & terra alcalina junctum est in aquis *Tonsteinsibus* Colonienfium; cum Natro fontano Sale Glauberiano & terra alcalica in Thermis *Carolinensibus* Bohemiæ. In aquis *Kissingensibus* 77 grana Salis alcalici & 8 grana terræ Martialis continentur: ut plurimas alias taceam, quarum docimasiæ a peritissimis Chymicis institutæ sunt, & summatim ac systematice recensentur apud Fr.A. CARTHEUSERUM (d.) & J. Frid. ZUCKERTUM (e.)

Multo tamen magis frequenter Alcali minerale compositum invenitur in Salibus mediis junctum arctissime cum acido Salino sive muriatico, vitriolico & nitroso, atque ex his Salibus demum arte elicitur. Inter aquas Sale medio prægnantes referendæ sunt aquæ Sale muriatico, Sale Glauberiano sive acidulari, natro fontano, sive sale amaro vulgo Anglico dicto prægnantes. Huc ergo pertinet aqua marina, quæ simul nitrosis, bituminosis, terreis partibus scatet; aqua falsa lacustris ut est *Seebergensis* in Comitatu Mansfeldiæ (f.), *Jamuschenori* Sibiricæ (g.) & variæ *Cosakenses* plerumque cum Natro permixtæ; aquæ fontanæ muriaticæ, ex quibus Sal culinare passim excoquitur, cujusmodi sunt *Balthiacenses* in Præfectu-

(d) Rudimenta Hydrologiæ Systematicæ. Francof. ad V. 1758. 8vo.

(e) Systematische Beschreibung aller Gesund. Brünnen und Bäder Deutschlands. Berlin und Leipzig, 1768. 4to.
Speciatim in Tabula Synoptica ad Calem operis adjecta.

(f) CARTHEUSERUS l. c. Hydrol. §. 26. 30.

(g) G. Gmelin Reise in Sibirien. Göttingen, 1751. 8vo. T. I. 184. T. III. 177.

fectura Aquilegiensi Bernensium, ex quibus in Rupibus (a la Roche) Sal excoquitur, Sale Glauberiano acidulari & Natro amaro cum Terra gypsea imprægnatæ (h.) Iplis etiam Thermis *Badensibus* (i.) Sal muriaticum inesse docent crystalli cubicæ, quas sex Pyramides tetragonæ componunt, quæ decoquendo inde obtinentur parva licet quantitate, sesquidrachmam, in integra mensura aquæ non excedente.

Quod ex his Salibus mediis speciatim muriatico & Glauberiano, vel etiam ex Plantarum Salis arum maritimarum, Kali dictarum combustarum lixivio obtinetur *Alkali*, & *minerale* vulgo dicitur ab Alkali fixo lixivioso cinerum clavellatorum, Tartari, Nitri fixi in ære citò in liquidum deliquescente & acriori multum differt (k.): Est enim minus acre, nec deliquescent, licet in exteriori superficie humiditatem contrahat, in Crystallum abit solidas, nitidas, subtiles Figuram hastarum triangularium ex centro radiantium exhibentes (l.), cum acido Vitrioli efficit *Sal mirabile Glauberi* sive *Acidulare* variorum fontium Medicamentorum, cum acido Nitri, *Nitrum cubicum*; cum acido Salis, *Sal commune* purum, quod Chymici *regeneratum* dicunt, cum Sale acido vegetabili, Aceto destillato, *Terram foliatam Tartari crystallisatam*; cum cremore Tartari *Sal polychrestum* D. Seignette, *Sel de la Rochelle*, cum Sale Sedativo Hombergii *Boracem*.

42.
Alkali mineralis dotes & separatio.

C 2

Cum

- (h.) A. v. HALLER Beschreibung der Salz-Werken in dem Unte Aemlen. Bern, 1765. 8vo. pag. 103. - 109.
- (i.) J. J. SCHEUCHZERI Untersuchung des Baabs zu Baden. Zürich, 1732. 4to. p. 53. Ephem. N. Cur. Vol. 2. app. p. 47.
- (k.) Chemical Works of C. NEUMANN abridg. and Methodized, With large additions cont. the later discoveries made in Chemistry and the Arts by W. LEWIS. Lond. 1759. 4to. p. 226. & 468.
- (l.) J. Frid. CARTHEUSER & W. G. KAHL de Sale Sodæ. Francof. ad V. 1756. 4to.
- H. Jo. CRANZ materia medicæ & Chirurg. Tom. III. Vien. 1765. 8vo. p. 76.

Cum vero Alkali minerale, quod basin Salis marini constituit, arctissime cum acido Salis sit unitum, difficillime inde separatur, & nonnisi per singulares encheireses. Oportet autem salem marinum prius alienis particulis, quas ferè semper admixtas habet, liberare, & depuratum in Operationibus adhibere. Admiscetur ei ut plurimum *Magnesia*, vulgo *Panacea* dicta, terra quædam candida alcalina in acidis solubilis, igne vero non mutatur in calcem, ea ex lixiviis Nitri vel Salis marini post crystallisationem residuis per admixtionem alcalicorum salium præcipitatur. Ex Observationibus Cel. MARGGRAFII (m.) ad naturam terræ lapidis serpentinæ, quem Ill. de LINNÆ ad Taleum retulit, accedit. Hæc per acidum vitriolicum soluta constituit *Sal amaram purgans*, vel *Sal Anglicum*, *Natrum fontanum*, cui simile est Sal montium glacialium, das *Gletscher-Salz* (n.); eadem *Magnesia* per acidum Salis soluta efficit *Sal singulare in aëre deliquescent*, cujusmodi Sali culinari præsertim ex fontibus salinis excocto, frequenter commixtum est, eo etiam copiosius, quo decoctio & exsiccatio intensiori igne magis acceleratur (o.), ita enim efficitur, ut acidum vitriolicum de Sale amaro expulsum *Magnesiam liberam* reddat, quæ cum acido salis unita hoc Sal deliquescent producere possit (p.). Separantur autem hæc admixta aliena, crystallizando Salem communem; solutioni admiscendo Salia alcalina, quæ acidum destruant, cujus ope soluta fuerunt; vel admiscendo aquam calcis, si acidum vitriolicum inhaeserit, illud enim fortius adhærebit calci, & concretionem Seleniticam formabit, quæ cum soluta ab acido vitriolico alcalica terra ad fundum præcipitabitur. Denique ignitione magis depurabitur.

Ex

(m.) Chymischer Schriften. 2. Theil. Berlin, 1767. 8. p. 32.

(n.) Abhandlungen der Oeconomischen Gesellschaft in Bern, 1767. pag. 233.

(o.) v. HALLER l. c. p. 102.

(p.) Herrn W. LEWIS Zusammenhang der Künste. 2. Band. Zürich, 1766. 8. p. 459. 535.

Ex depurato demum Sale marino acidum separabitur nonnisi per vim ignis & fortiorum attrahentium, quæ majorem cum Alkali minerali affinitatem habent. Itaque cum Sale miscetur Argilla, superfunditur Spiritus Vitrioli, cui alcalina Salis communis pars adhæret, & inde liberatus Spiritus Salinus acidus halitus specie secedens, & igne expulsi format spiritum Salis fumantem. Pars residua elota, destructo per alcalica acido vitriolico purum relinquit alkali marinum vel minerale. Idem obtinetur commiscendo Spiritus Nitri fumantis partes duas, cum una Salis portione, applicato igne in vasis clausis separabitur acidum Salis à parte alcalina, se cum acido nitroso jungente. Residua massa fervente aqua soluta, inspissata, crystallisata dabit Nitrum quadrangulare vel cubicum dictum, de quo acidum nitrosum separabitur, si carbonibus mixtum in catino ignito detonetur (q.)

Sunt itaque hæc hæcenus tradita Salia alcalina duorum generum, ea, quæ vel nativa, terra & aquæ minerales suppeditant, vel de exsistis herbis falsis maritimis *Kali* generatim dictis parantur, & *Alkali minerale* vel ei simile *Sal Soda* efficiunt; deinde Salia alcalia fixa lixiviosa ex lignorum omnis generis variarumque herbarum combustarum cineribus, eorumque lixivio, aut ex Sale Tartari parata, quæ *Alkali vegetabile* vulgò dictum constituunt. Utriusque vis abstergens, in Saponibus & lomentis præstans, & omnino in utrumque Alkali conveniunt dotes, quas veteres suo Alkali, Nitro; & Sacra Litteræ *Neter* & *Borith* tribuunt. Fuimus autem in historia & differentia horum Vegetabilium & Salium recensenda uberiores, quod illustrando difficiliore huic argumento à Recentioribus Observationibus, imprimis ab Analyfi & Synthesi chemica magna lux affulgeat,

(q.) MARGGRAF von der besten Art, das Alkalische Wesen des gemeinen Salzes zu scheiden. I. c. p. I. pag. 134.

X.

Aliæ plantæ
oleraceæ.

Ad OLERACEAS plantas porro referendæ sunt BETA vulgaris, BLITUM, CHENOPODIUM, AMARANTHUS, ATRIPLEX, SPINACIA, quarum varias Species in Phytogr. I. p. 19. 44. II. p. 32. 33. inter esculentas & medicatas plantas enumeravi, & quarum caractères generales supra p. 12. exposui.

Sed & latiori sensu per *Olus* vel *Holus* designare solent omnem herbam, præcipue sativam, quæ est in usu cibario, & responder huic Græcorum λαχανον, Matth. 13: 32. Marc. 4: 32. Luc. 2: 42. Rom. 14: 2. & Hebræorum ירק *Jerek*, *Jarek*, Genes. I. 30. Job. 39: 8. viride è Terra natum, Vegetabile succulentum, sale leni, neutro, succo mucilaginoso, partibus tenerioribus constans, quæ vel crudæ, vel coctæ, vel muria conditæ & in acetariis emolliatæ, cibum suppeditant, qui à viribus ventriculi & Intestinatorum facile subigitur, nutrit, alvumque laxat. Huc porro referuntur ex Pentandriis, plantæ quædam *Borragineæ*, BORRAGO, ANCHUSA; Ex *Umbelliferis* partim herbæ, partim radices, DAUCI, APII, PASTINACÆ, BUNII, SISARI, ANETHI, fœniculi, PIMPINELLÆ *Anisi*, SCANDICIS Cerefolii, *Tetrapetalæ* vel *Nasturcinæ*, & in his variæ BRASSICÆ Species. In Compositis CICHORIUM, LACTUCA, SCORZONERA, TRAGOPOGON, LEONTODON, CINARA, & plurimæ aliæ, quarum notitiam dedi in Vegetabilibus Esculentis, Phytogr. Spec. parte. I. Huc ergo spectant VALERIANA Locusta, PORTULACA, MALUA *rotundifolia* & *Sylvestris*, quam nonnulli pro מלווה *malluah*, Jobi 30: 4. habent, quod cibus sit hominum tenuioris sortis.

XI.

Ex Classe PENTANDRIARUM Plantarum variæ restant in Sacra Scriptura obviæ, & ex quidem determinatæ, atque etiam ad naturales Classes relatæ, sed & aliæ dubiæ, quarum Species definire difficillimum sit, ob deficientes Descriptiones, & obscuras denominationes. In his est

ULMUS

ULMUS *campestris*. Flor. Palæst. n. 145. Ulmen-Baum, ^{43*} Ulmen-Baum, Rüstern. Phytogr. Sacr. V. 27. Scheuchz. Phys. ^{Ulmus campestris.} S. Tab. 616. Urfin. Arboret. I. 142. Cels. II. 271. Arbor medio-cris magnitudinis & proceritatis, in campis, & Sylvis late proveniens, grato virore & umbra placens, ad ornanda ambulacra adhibetur; Lignum vero tenax, firmum, rigidum, durum ad rotarum axes, ad cardines, ad prelorum Cochleas, ad sculptilia Opera, & ad ignem foci adhibetur.

תרצה *Tirsa*, *Thirzah*, Jes. 44: 14. Versio Turicensis vernacula per *Ulmen*, (quæ est *Ulmus*) reddit, Latina vero per *Ilicem*, *Stech-Balmen*. Alii per *Pinum*, *Fagum*, *Cupressum*, *Quercum*; URSINUS per *Juniperum* *Oxycedrum*; HILLERUS per *Tiliam*. CELSIO II. 269. placet *ILEX Aquifolium*, vel & *QUERCUS Ilex*, quæ est *Smilax Arcadum glandifera*; C. *Bauh.* Pin. 245. fiebant enim ex *Ilice* Simulacra apud Gentiles, auctore PAUSANIA, & suffragatur etymon ex Lingua Arabica, *Tarosa*, durus, rigidus, firmus, solidus, siccus. Ea sane, quæ divus Vates, vanitatem cultus idololatrici ostensurus, l. c. de Idolorum materia, ex ligno combustibili, adfert, in utramque arborem *Ilicem* & *Ulmum* aptissime congruunt, cum utraque & Sculptilibus operibus & foci igni alendo conveniat. De *Ilice* quidem non lego, quod in *Palæstina* crescat, uti de *Ulmo* & *Quercu* constat (r.).

תדרה *Tidbar*, Jes. 41: 19. 60: 13. Cels. II. 271. In priori loco Versio Turicensis latina per *Ulmum*, germanica per *Sarba-cher*, quæ est *Populus nigra*, reddit; posteriori per *Pinum*, *Forsen*, versio vulgata per *Sapinum*, & subjunctam arborem *Teasbur* per *Ulmum*; cum vulgò pro *Buxo* habeatur. Voces harum arborum, de quibus vix aliud in Sacris Litteris extat, quam quod inter gloriosas Arbores Montis Libani referantur, adeo obscuræ sunt, ut Interpretes ferè omnes inter se dissentiant, & iidem etiam in diversis locis aliter reddant. Nostra Versio modo *Ulmum*, modo

do *Populum*, modo *Pinum* vertit, alii *Buxum*, alii *Piceam*, πεύκειν, *Sapinum*, *Laricem*, *Pinum*, *Tedam*, alii *Fagum*, *Platanum*. Ex affinitate Vocis cum *Didar* Arabum convenire videtur. Est autem *Didar* SERAPIONIS, arbor culicum, Persarum *Luzach*; Ex ejus descriptione est arbor habens in ramis suis camerulas, folliculos puta, θυλακία dixit GALENUS, similes scroto humano, in quibus est humiditas, quæ siccata generat animalcula similia cimicibus. In *Ulmo* certe & *Populo nigra*, hujusmodi folliculi in foliis & ramulis tenellis per Insecta læsis frequentes & copiosi nascuntur; Et liquor viscidus, in iis latens etiam usu medico apud Veteres celebratur. DIO-SCORIDES (s.) pro cosmetico, & in vulneribus recentibus Oculi, & teneriorum partium, commendat. Plura quidem sunt Insecta, quæ *Ulmum* infestant, *Coccus*, *Chermes*, *Cicada*, *Cimex*, *Tenthredo*, sed præcipue sunt *Aphides* (les *Pucerons*, vulgò pediculi arborei) quorum morfu læsa folia, effuso glutinoso humore vesiculas formant, vel & in figuram scrotiformem convolvuntur (t.) similes formantur ab *Aphide Bursaria* in *Populo nigro* (u.). Immo in pluribus plantis varii folliculi, tubercula & excrecentiæ ab Insectis formari solent & vario modo. Alia aculeo vulnus infligunt, vulnere ovum immittunt, ex ovo larva vermiformis excluditur in cavitate tuberculi victitans, hospitans, increfcens, metamorphosin subiens, & tandem facta sibi apertura, perfecti Insecti specie, in auras prodiens. Hoc modo *Tenthredo*, *Cynips*, *Ichneumon*, *Muscæ* quædam *Gallas* varias in *Quercu*, *Salice*, *Populo*, *Rosis*, *Carduis*, & pluribus aliis plantis producere solent. Alia verò ipsi Arborum Cortici, aut plantarum foliis latissima superficie, infixis pedibus adhærent, adfixa cum cortice concrefcunt, &

(s.) Mat. med. L. I. c. 95. v. HALLER Hist. Stirp. indigenar. Helvetiæ. T. II. p. 269. Bernæ, 1768 fol.

(t.) v. LINNÆ Syst. Nat. T. I. gen. 277. Spec. 2.

REAUMUR Hist. des Insectes. III. Tab. 25. Fig. 4-7.

BONNET Traité d'Insectologie. à Paris, 1745. 8. T. I. tab. f. 3.

(u.) REAUM. l. c. Tab. 27. 5. LINN. n. 29.

& emortua, plantæ succo augentur in tuberculum Animali Vegetabile. Huc referendæ sunt *Coccorum* variz Species, *Kermes*, *Coccionella* officinarum, *Gall - insecta* & *Progall - insecta* REAUMURIANA (u.). Sed in omnibus horum tuberculorum generibus, folliculi Ulmi omnium optime conveniunt cum iis, quos SERAPIO in planta *Didar* inveniri scribit, & Græci medici GALENUS & DIOSCORIDES confirmant; ut *Tidar* sacre Scripturæ non sine aliqua verisimilitudine pro Ulmo habeamus, Arbore in Palæstina nota (w.). Turcis, Arabibus & Persis modernis *Derdar* vocatur. Hanc forte ob rationem JUNIUS ad Genes. III. 18. & Hof. vocem *Dardar*, quam Versio Junii & Tremelii per Carduum & Tribulum interpretatur, melius ex autoritate Arabum per *Ulmum Sylvestrem* reddi existimat. Sed minus placet hæc Interpretatio, quum in his locis de plantis spinosis & agro molestis sermo sit, qui ad Ulmum applicari vix possit: Consentit nobiscum CELSIUS II. 136. dicens, ajunt omnes, Ulmum non contribui *ταῖς ἀνασθασίαις*, cum spinosa non sit: quin potius ut arborem utilissimam ferri, plantari, formari, ac varia arte coli; quia frondium umbra, ac pulchritudine, inter paucas amœna sit, pabulum bobus jucundissimum foliis, ligno ad materiem fortissimo, vitibus maritandis aptissima; virgæ autem Sepibus, foco, furno eximiaz. Ad Classẽ naturalem Sarmẽtacearum retulit LINNÆUS cui etiam VITEM viniferam cum Hedera in Philosophia Botanica adjunxit: In editione verò generum Sexta singularem Classẽ *Hederacearum* constituit, cui hæc genera añumerantur, & quorum historiam cum sequentibus, Sacre Scripturæ plantis, secundum ordinẽ Systematis in proxima Dissertatione, DEO annuente, dabimus.

T A N T U M.



(u.) Id. T. IV. p. 1—122. Tab. 1—7.

(w.) LINNÆI Flor. Palæst. n. 149.

CORRIGENDA.

In PHYTOGRAPHIÆ SACRÆ specialis Parte I.

Pag. 3.	Lin. 4.	pro RARS	lege PARS.
— 12.	— 3.	à fine pro Ex	lege In
— 14.	— 19.	pro קרכום	lege כרכום
— 17.	— 3.	pro נקאת	lege נבאת
— 19.	— 13.	pro ערוא	lege ערות
— 22.	— 19.	pro חתה	lege חפה

In hac Parte II.

Pag. 3.	in margine Lin. 2.	Pentrandria	lege Pentandria
— 4.	Lin. 16.	SOLANUM, <i>sanctum</i>	lege SOLANUM <i>sanctum</i>
	— 21.	pigrii	lege pigri
	— 4.	à fine designari	lege designare.
Pag. 5.	Lin. 5.	à fine εζ	lege εξ.
— 6.	— 25.	Mahamedum	lege Mahumedis.
	— 2.	à fine nascitur	lege nascitur.
— 7.	— 4.	à fine quæ	lege digna, quæ
	Ibid.	Arca	lege Area
— 13.	Lin. 20.	Kal	lege Kali

CORRIGENDA

In PHYTOGRAPHIE NACHR. Specimens Page 1

158	3	Lin	4	pro 7882	lege 7882
157	3	—	3	a fine pro 7882	lege 7882
156	14	—	12	pro 7882	lege 7882
155	17	—	3	pro 7882	lege 7882
154	19	—	12	pro 7882	lege 7882
153	22	—	12	pro 7882	lege 7882

In hac Parte II.

152	3	in margin Lin	2	pro 7882	lege 7882
151	4	Lin	2	pro 7882	lege 7882
150	11	—	11	pro 7882	lege 7882
149	14	—	4	a fine del 7882	lege 7882
148	17	—	11	pro 7882	lege 7882
147	21	—	21	pro 7882	lege 7882
146	22	—	22	pro 7882	lege 7882
145	23	—	23	pro 7882	lege 7882
144	24	—	24	pro 7882	lege 7882
143	25	—	25	pro 7882	lege 7882
142	26	—	26	pro 7882	lege 7882
141	27	—	27	pro 7882	lege 7882
140	28	—	28	pro 7882	lege 7882
139	29	—	29	pro 7882	lege 7882
138	30	—	30	pro 7882	lege 7882
137	31	—	31	pro 7882	lege 7882
136	32	—	32	pro 7882	lege 7882
135	33	—	33	pro 7882	lege 7882
134	34	—	34	pro 7882	lege 7882
133	35	—	35	pro 7882	lege 7882
132	36	—	36	pro 7882	lege 7882
131	37	—	37	pro 7882	lege 7882
130	38	—	38	pro 7882	lege 7882
129	39	—	39	pro 7882	lege 7882
128	40	—	40	pro 7882	lege 7882
127	41	—	41	pro 7882	lege 7882
126	42	—	42	pro 7882	lege 7882
125	43	—	43	pro 7882	lege 7882
124	44	—	44	pro 7882	lege 7882
123	45	—	45	pro 7882	lege 7882
122	46	—	46	pro 7882	lege 7882
121	47	—	47	pro 7882	lege 7882
120	48	—	48	pro 7882	lege 7882
119	49	—	49	pro 7882	lege 7882
118	50	—	50	pro 7882	lege 7882
117	51	—	51	pro 7882	lege 7882
116	52	—	52	pro 7882	lege 7882
115	53	—	53	pro 7882	lege 7882
114	54	—	54	pro 7882	lege 7882
113	55	—	55	pro 7882	lege 7882
112	56	—	56	pro 7882	lege 7882
111	57	—	57	pro 7882	lege 7882
110	58	—	58	pro 7882	lege 7882
109	59	—	59	pro 7882	lege 7882
108	60	—	60	pro 7882	lege 7882
107	61	—	61	pro 7882	lege 7882
106	62	—	62	pro 7882	lege 7882
105	63	—	63	pro 7882	lege 7882
104	64	—	64	pro 7882	lege 7882
103	65	—	65	pro 7882	lege 7882
102	66	—	66	pro 7882	lege 7882
101	67	—	67	pro 7882	lege 7882
100	68	—	68	pro 7882	lege 7882
99	69	—	69	pro 7882	lege 7882
98	70	—	70	pro 7882	lege 7882
97	71	—	71	pro 7882	lege 7882
96	72	—	72	pro 7882	lege 7882
95	73	—	73	pro 7882	lege 7882
94	74	—	74	pro 7882	lege 7882
93	75	—	75	pro 7882	lege 7882
92	76	—	76	pro 7882	lege 7882
91	77	—	77	pro 7882	lege 7882
90	78	—	78	pro 7882	lege 7882
89	79	—	79	pro 7882	lege 7882
88	80	—	80	pro 7882	lege 7882
87	81	—	81	pro 7882	lege 7882
86	82	—	82	pro 7882	lege 7882
85	83	—	83	pro 7882	lege 7882
84	84	—	84	pro 7882	lege 7882
83	85	—	85	pro 7882	lege 7882
82	86	—	86	pro 7882	lege 7882
81	87	—	87	pro 7882	lege 7882
80	88	—	88	pro 7882	lege 7882
79	89	—	89	pro 7882	lege 7882
78	90	—	90	pro 7882	lege 7882
77	91	—	91	pro 7882	lege 7882
76	92	—	92	pro 7882	lege 7882
75	93	—	93	pro 7882	lege 7882
74	94	—	94	pro 7882	lege 7882
73	95	—	95	pro 7882	lege 7882
72	96	—	96	pro 7882	lege 7882
71	97	—	97	pro 7882	lege 7882
70	98	—	98	pro 7882	lege 7882
69	99	—	99	pro 7882	lege 7882
68	100	—	100	pro 7882	lege 7882
67	101	—	101	pro 7882	lege 7882
66	102	—	102	pro 7882	lege 7882
65	103	—	103	pro 7882	lege 7882
64	104	—	104	pro 7882	lege 7882
63	105	—	105	pro 7882	lege 7882
62	106	—	106	pro 7882	lege 7882
61	107	—	107	pro 7882	lege 7882
60	108	—	108	pro 7882	lege 7882
59	109	—	109	pro 7882	lege 7882
58	110	—	110	pro 7882	lege 7882
57	111	—	111	pro 7882	lege 7882
56	112	—	112	pro 7882	lege 7882
55	113	—	113	pro 7882	lege 7882
54	114	—	114	pro 7882	lege 7882
53	115	—	115	pro 7882	lege 7882
52	116	—	116	pro 7882	lege 7882
51	117	—	117	pro 7882	lege 7882
50	118	—	118	pro 7882	lege 7882
49	119	—	119	pro 7882	lege 7882
48	120	—	120	pro 7882	lege 7882
47	121	—	121	pro 7882	lege 7882
46	122	—	122	pro 7882	lege 7882
45	123	—	123	pro 7882	lege 7882
44	124	—	124	pro 7882	lege 7882
43	125	—	125	pro 7882	lege 7882
42	126	—	126	pro 7882	lege 7882
41	127	—	127	pro 7882	lege 7882
40	128	—	128	pro 7882	lege 7882
39	129	—	129	pro 7882	lege 7882
38	130	—	130	pro 7882	lege 7882
37	131	—	131	pro 7882	lege 7882
36	132	—	132	pro 7882	lege 7882
35	133	—	133	pro 7882	lege 7882
34	134	—	134	pro 7882	lege 7882
33	135	—	135	pro 7882	lege 7882
32	136	—	136	pro 7882	lege 7882
31	137	—	137	pro 7882	lege 7882
30	138	—	138	pro 7882	lege 7882
29	139	—	139	pro 7882	lege 7882
28	140	—	140	pro 7882	lege 7882
27	141	—	141	pro 7882	lege 7882
26	142	—	142	pro 7882	lege 7882
25	143	—	143	pro 7882	lege 7882
24	144	—	144	pro 7882	lege 7882
23	145	—	145	pro 7882	lege 7882
22	146	—	146	pro 7882	lege 7882
21	147	—	147	pro 7882	lege 7882
20	148	—	148	pro 7882	lege 7882
19	149	—	149	pro 7882	lege 7882
18	150	—	150	pro 7882	lege 7882
17	151	—	151	pro 7882	lege 7882
16	152	—	152	pro 7882	lege 7882
15	153	—	153	pro 7882	lege 7882
14	154	—	154	pro 7882	lege 7882
13	155	—	155	pro 7882	lege 7882
12	156	—	156	pro 7882	lege 7882
11	157	—	157	pro 7882	lege 7882
10	158	—	158	pro 7882	lege 7882
9	159	—	159	pro 7882	lege 7882
8	160	—	160	pro 7882	lege 7882
7	161	—	161	pro 7882	lege 7882
6	162	—	162	pro 7882	lege 7882
5	163	—	163	pro 7882	lege 7882
4	164	—	164	pro 7882	lege 7882
3	165	—	165	pro 7882	lege 7882
2	166	—	166	pro 7882	lege 7882
1	167	—	167	pro 7882	lege 7882